



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina
Evangelica De Meditatione mortis**

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

Ratio consolandi parturientes feminas, & in partu periclitantes. ii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](#)

482 RATIONES EXHORTANDI ET CONSOLANDI.
medio tolluntur. Etenim illos iniuria & immeritis se-
plicij imaginatio, vehementer adfligunt: qui dolor eos
certe qui consueta & naturali morte intereunt, non ita
premere potest. Et qui legibus instè dant poenas, non si-
militer sunt affecti omnes, sed alijs aliter: nec est eadem
omnium natura aut conditio. Sed quidem alijs nimis sunt
indurati & in malitia obstinati: alijs ex animo dolent &
peccata sua deflent: atque in iis quidam praesentis supplicij
acerbitate, quidam futuri seculi indicio ac pena pro-
fus consternantur: sunt quos prope desperantes, supra
qua duci queat, Prædestinationis scrupulus torquet. Hu-
ergo specialibus ac diuersis cohortationum consolationum
opus esse remedium manifestum est. Postremò & eos qui
marbo no diuturno, sed præcipiti et subito pereunt, expedito
indigere remedio, nemo non videt. Sæpe enim fit, ut
nihil mali suspicantes quidam, comedunt aut operi quip-
piam auspicaturi, seu de progrediendo cogitantes, repete-
re exanimis corruant. Quia de re multa Plinius. Nonnum-
quam de tegulis lapsi, aut equis: sæpe adiutoriu, vil-
terrae hiatu, aut etiam fulmine, incendio, submersione,
aliòve casu subito & inopinato moriuntur. Et his igitur
ex Dei Verbo succurrere & mederi necesse est. Quia au-
tem consolationes his, nisi breves & efficacissime, compa-
tunt? De singulis igitur ordine differemus.

Ratio exhortandi & consolandi parturientes femi-
nas, & in partu periclitantes.

CAP. II.

Principio aduersus pariendi difficultates, dolores &
pericula, opponendum est, fœcunditatem, seu libe-
rum procreationem, Dei esse ordinationem & benedi-
ctionem. Vnde inter cetera Dominus, præcepta sua ser-
uantibus pollicitus est, dicens: Non erit infœcunda, nec
sterelis in terra tua. Et Psalmo CXXVII. dicitur, Vir-
tua sicut viuis abundans in lateribus domus tue. Filii
tui sicut

Exod. 23.

Naturalis
histo. lib. 7.
cap. 52.

qui sicut nouella olinarū in circuitu mensa tuae. Ecce si d
benedicetur homo qui timet Dñm. Itaq. credendum est,
Deū sua ordinationi & benedictioni adesse, imò præesse:
nam in illo partus negocio clare cernitur Deus adesse,
quod ibi fiant ope diuina, quæ nullus hominum cum to-
tius mundi artibus efficere posset. Et licet natura opere-
tur, non tamen sua virtute, sed præcepto illius qui ipsam
fecit, obediens operatur. Deum igitur fateri nos oportet,
palam huic suo operi præesse: sicut manifestissimis verbis
scribitur Esiae LXVI.

Adhuc, in summis illis doloribus, hoc maxime cogi- 11.
tandum est: sic esse voluntatem & ordinationem Dei, Genes. 3:16
qui ad Euam dixit: Multiplicabo erumnas tuas, &
conceptus tuos: in dolore paries filios, &c. Quacunque
autem mulier huic diuine voluntati & ordinationi hu-
militer obedit, atque crucem hanc libenter fert, facit
Deo rem gratiam: quam ipse sua grata leuorem red- Rom. 8.
dit, & aeterna gloria, ad quam non sunt condigne quæ-
cunque huic temporis afflictiones, remunerat. Neque
enim imposuit Deus parturiētibus hunc dolorem, ut via
tam amittant & pereant: sed ut in sua vocatione, sine
per vitam, sine per mortem, Christum magnificent: at- Philip. 1.
que in sempiternum cum eo vivant. Quanquam enim
morianter sè penumero parturientes in ipso partu, ut
Rachel coniunx Patriarchæ Iacob, atque alia non pa- Genes. 3:13
ca: tamen consequuntur nihil minus illud quod Chri- Ioan. 1:6
stus dixit: Mulier cum parit, tristitiam habet, quia
venit hora eius: cum autem pepererit puerum, iam non
meminit pressuræ propter gaudium, qui natus est homo
in mundum. Enimvero si non consequuntur temporale
hoc & euaniendum gaudium, nihil tamen certius est, quād
quid diuina ordinationi & voluntati obtemperantes,
consequantur in Christo Iesu spirituale & celeste, per
petuum.

484 RATIONES EXHORTANDI ET CONSOLANDI,

petuumq; gaudium: cuius minima pars non est equa-
da vniuerso huius mundi gaudio. Earum quippe mors,
sicut & omnium piorum hominum, pretiosa est in con-
spectu Domini: et solute vinculis carnis nascitur etiam
ipse ad lucem & letitiam sempiternam. Quapropter
etiam si hic parturitionis dolor, maledictio est propter
peccatum, tamen per Christum versa est hac maledic-
tio in benedictionem: ut iis mulieribus quae Christo ad-
haerent, quaeq; huic Dei voluntati submisae subiiciuntur,
dolor hic fiat propter Christum crux sancta, in qua Deus
placeant, & ad eternam a Deo vita conserventur, sicut
Apostolus dicit: Adam non est seductus: mulier autem
seducta, in prevaricatione fuit. Saluabitur autem per fili-
orum generationem: si permanferit in fide, & dilectione,
& sanctificatione cum sobrietate. Quamobrem sum-
ma ope adiutu debet, ut patienter agat, & confirmet cor
suum in Domino: qui saluat sperantes in se.

1. Tim. 2.

Iac. 5.

Daniel. 13.

Ioan. 16.

Acto. 14.

III. Et iucundum est, filium Dei a parturientibus ima-
ginem sumere Ecclesie dolentis ac patientis: nimurum
per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum
Dei. Vnde palam fit, non solum parturientes, sed &
vniuersam Ecclesiam cruci esse subiectam: quam tamen
in cruce non deserit Deus, neque perpetuo manere sinit:
sed suo adest auxilio, & prosperum ac latum tribuit ri-
tristissime euentum. sicut ipse dicit: Amem amen dico vo-
bis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gau-
debit: vos autem contristabimini, sed tristitia vestra
vertetur in gaudium. Et addit mulieris parturientis
exemplum: cuius paulo ante mentio facta est. Deinde
vero, Et vos igitur, inquit, nunc quidem tristitia ha-
betis: iterum autem video vos, & gaudebit cor ve-
strum: & gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Huc
adferri debent S. Scripturæ loca, de Patientia: quae sū
prahabentur, lib. 2. cap. 21.

ANDI.
aqua-
pe mors,
t in con-
ur etiam
apropin-
propr
maledi-
risto ad-
biicium,
qua Deo
ur, sicut
autem
n per si-
dilectio-
em sum-
met cor
us ima-
imirum
regnum
sed &
ntamen
ere finit:
buit ri-
dico vo-
em gau-
i vestra
urientis
Deinde
tiā ha-
cor ve-
is. Huc
que sū

Præterea male habet valde pias mentes, quod una IIII.
cum matre factus ipse quoque saepe extinguitur: quem
ab hac ira, qua omnes sub peccato sunt, de qua dicit A-
postolus, Eramus natura filij ire sicut & ceteri: nulla
res liberat, nisi gratia Dei per Iesum Christum Domi-
num nostrum: qui secundum suam misericordiam salvos
nos fecit per lauacrum regenerationis & renovationis
Spiritus sancti, &c. Huic anxietati opponendum est, Ba-
ptismi gratiam, etiam si non re ipsa, voto tamen obtineri
posse: nempe cum ipsis externi Sacramenti perceptio-
nem, non contemptus religionis, sed articulus necessitatis
excludit: quod Deus voluntatem, qua pī parentes fæ-
tum necdum natum Deo consecrant, & rotā affectione
commendant, profactō deputat: nec gratiam suam Sa-
cramentis alligari, nec ad impossibile quenquam obliga-
re vult: quod equidem cum in adultis omnes concedant,
ad infantes quoque transferri potest: quibus parentum
& offerentium voluntas, ut propria, deputatur.

Quod ad solitudinem pro reliktis liberis attinet, qui-
bus saepe parvulis eripitur mater: de his quoque copiose
supra libro II. cap. x. XI. & XII. dictum est: quae hic
repeti debent.

Quomodo instituendi, qui vel præiudiciis ad sub-
eunda supplicia grauati, vel iusta criminis vindicata, de medio tolluntur.

QVI suppicio afficiuntur, aut santes afficiuntur aut
insontes. Sontes qui sunt, recte secundum Leges
pununtur: nam Leges, Dei esse ordinationem constat:
quas ipse Deus, seu nervos Politiae, condidit. De cæde in-
iusta extat Lex Genesis IX. Quicunque effuderit hu-
manum sanguinem, effundetur sanguis illius: ad imagi-
nem quippe Dei factus est homo. Hæc Lex FONS est,
unde reliqua Leges ciuiles promanarunt: quam Deus
b 3 ipse

Eph. 2.
Tit. 3.

Vide Epist.
77. S. Bern.
ad M. Hu-
gonem.

CAPUT

III.